

inter omnes morales, cum magno apparatu, ac multitudine Sacerdotum, ac Levitarum cum oratione non solum vocali externa, sed etiam interna, cum meditatione, ac contemplatione, & ceteris virtutibus, etiam cum votis, ut supra dixi hac resolu. 1. Si enim hæc vota in aliis virtutibus dabantur, cur etiam non facerent in obedientia, paupertate, & castitate.

107. Deinde martyrium, illiusque fortitudo, quid multo nobilior, ac excellentior est, quam status Monachalis, ut patet ex Christi testimonio Ioan. 15. n. 13. Nullus maiorem charitatem habet, quam ut ponat animam suam pro amicis suis. Atqui martyrium in illo antiquo statu non fuit in paucis, sed in multis, & in magno numero, ut ait Stephan. Act. 7. nu. 52. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri, & occiderunt, eos, qui prænunciabant de adventu Iesu; Ac si diceret omnes occiderunt; & in hoc sensu loquitur Apostolus I. Petr. 1. n. 12. de ipsis Prophetis, Alij vero ludibria, & verbera experti sunt, insuper & vincula, & carceres, lapidati sunt scilicet in ierusalem, & occisi sunt. Illa distributio per tot genera tormentorum, & mortis, multitudinem indicat: & Christus Dominus ait Matth. 23. n. 37. Ierusalem, Ierusalem, que occidis Prophetas & lapidas eos, quod multis exemplis ostenditur. In Prophetis maioribus, & duodecim minoribus, qui omnes ex majori parte sunt martyrio coronati, de quibus agunt Martyrolog. Roman. sub nomine cuiuslibet Isaiæ, vel Ieremias, v. g. & D. Epiph. lib. de vita, & interitu Prophetar. S. Dorotheus in Synopsi D. Hieron. in Prefatione ipsorum Prophetarum. D. Ildorus lib. de vita, & morte Sanctorum, & patet ex his, quæ supra dixi Opuscul. 1. Resol. 3. quæst. 2. & 23.

108. Alia multa exempla adducamus. Impia Jezebel multos Prophetas pro cultu, & veneratione veri Dei occidit, ut dicit Abdias ad Sanctum Patrem nostrum Eliam. Nunquid non indicatum est tibi Domino meo, quid fecerim, cum interfeceris Jezebel Prophetam Domini, 3. Reg. 18. n. 13. Sic ipse Elias dixit ad Deum. Prophetas tuos occiderunt gladio, 3. Reg. 19. n. 14. Qui martyrij laurea fuerunt insigniti, ut tenet Cornelius à lapide 3. Reg. 17. s. Virgines.

109. Veniamus jam ad tempora Machabæorum, & inveniemus Martyrum exercitus cum urgente Regis Antiochi mandato cogentur omnes idolo immolare, & multa contra legem Dei facere Text. ait: Multi de populo Israel defecerunt apud se, ut non manducarent immunda, & elegerunt magis mori, quam coinquinari immundis, Mach. 1. c. 1. n. 5. Nota verbum Multi de populo, & suspendebant à crucifixorum parentum cervicibus. Et de multis aliis exquisitissimis, ac crudelissimis tormentis, quibus premebantur, ac cruciabantur ob legis observantiam, agit Sanchez ad finem hujus primi Capituli.

110. Lib. 2. Mach. c. 6. usque 10. Cum duæ mulieres essent de late natos suos circumcidisse, ipsis infantibus ad ubera suspensis præcipitatur ex

111. Spiritus Prophetiæ in illo rudi, & antiquo sæculo multis est communicatus, non solum quatuor Prophetis maioribus, & duodecim minoribus insuper & Baruch, sed etiam ex multis aliis Spiritum Prophetiæ habuit Henoch septimus ab Adamo, ut testatur Indas Apostolus in sua Canonica, num. 14. eundem Spiritum Prophetiæ habuerunt Adamus, Genes. 2. n. 23. Noë, Genes. 9. num. 27. Abrahamus, Genes. 15. 10. & c. 10. n. 7. Isaac Gen. 28. n. 29. Iacob Gen. 49. per tot. Ioseph. Gen. 50. n. 23. Iob. in suo libro Moyses. Deut. 34. n. 15. & etiam Eldad, & Medad. Numer. 11. n. 27. & Debora in suo Cant. Indic. 5. à n. 1. Vir ille, qui Missus est tempore Gedeonis, Propheta erat. Indic. 6. n. 8. Vir ille, qui venit ad Heli, 1. Reg. c. 1. n. 27. denuntians suorum filiorum mortem Propheta erat, sicut & Propheta fuerunt Samuel, David, Salomon, Nathan. Gad, Abias Sionites, Vir ille, qui venit in Bethel ad Ieroboam, & clamavit contra altare, Propheta erat, 3. Reg. 13. n. 1. Iehu filius Anani Propheta erat, 3. Reg. 16. n. 7. & 11. Similiter Propheta fuerunt Sem, Addo, Obced, Ananias, 2. Par. 12. n. 13. & c. 13. n. 22. c. 15. n. 8. & c. 16. n. 7. & Tobias c. 14. n. 12. & Magni Parentes Elias, Elisæus, & alii multi. Elias non solum fuit Propheta, sed insigniter facit Prophetas successores postea.

Similiter in illo antiquo statu multis communicata sunt dona, ac charismata Spiritus S. scientiæ, sapientiæ, intellectus, ac interpretationis sermonum ut Adamo Noë, Abrahamo, Isaac, Iacob, Ioseph, Moyse, Beseleel & Oolab. Exod. 5. n. 35. Iosue, Gedeoni, Davidi, Salomoni, Ezechia Iosiaque Regi, Esdr. Nehemia Danieli, ac Machabæis, & multis aliis. Et etiam Deus multis communicavit gratiam miraculorum Abrahamo, cum liberatur ab igne Chaldæorum, Iacobo in multis, ac multiplicatione Ovium, cui Deus dedit omnem substan-

tiã Laban. Genes. 31. n. 9. Moyse in multis torrentis, Iosue, Gedeoni, & Sansoni, Samueli, dum ætivo tempore ad ejus preces dat Deus pluviam, & tonitrua, 1. Reg. 12. n. 18. Davidi dum divina virtute Leones, & Vrsi confluentes in eum, apprehendebat mentum eorum & suffocabat eos, 1. Reg. 17. num. 35. ac Goliath prostravit, & interfecit. Itaque in Horologio Achaz 4. Reg. 20. n. 11. & Ieremias dum mirabiliter ab inimicis cap. 39. n. 17. Daniellique dum bis liberatur ab ore Leonum, Eliæ ac Elisæo, & Nehemia Machab. 1. c. 1. n. 2. & Pontifici Onia deprecanti pro salute Heliadori 2. Mach. 3. n. 32. quod etiam magno opere visitur in Elia, Elisæo; ita ut tota vita Eliæ fuerit miraculosa, ac miraculis plena; antequam nasceretur, teste Divo Epiphano visus est flammam ignis manducare; postea miraculose pane pascebat apud Carith, & vidualam Sarephanam, cujus filium à morte suscitavit, quod nunquam ante in orbe visum; cujus farina hyoria, & lecythus olei non minuitur, & comedit ipsa, & domus ejus tota plusquam per duos annos, 3. Regum. 17. In Carmelo mirabiliter super sacrificium ignem deduxit de celo, cap. 18. Pane Angelico corroboratur, & ambulat in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, cap. 19. absque alio cibo, quiete, continue ambulando, & in Horeb sibilo aure tenuis Domino ei apparente. Ad vocem Eliæ bis ignis de celo descendit, duos quinquagenarios devorat, 4. Regum 1. Pallio dividit aquas Jordanis, & raptus est curru igneo in caelum, 4. Reg. 2.

Si ergo præclarum Martyrium inter omnes virtutes, quod maximum, ac præclara dona, ac charismata Spiritus sancti, quæ sunt excellentiora, ac majora, quam status Monachalis, & tamen illa in multis sunt inventa, & data etiam pristino illo sæculo, cur ergo negabitur dari in illo statu Monachalis, quod est quid minus, non tamen ea excellentia, perfectione, ac frequentia, quæ est in lege gratiæ quia ut Christus Dominus, ait: Ego veni ut vitam habeam, & abundantius habeam. Ioan. n. 10.

Ad locum Pauli ad Galatas; Et nos cum essemus parvuli sub elementis mundi eramus servientes. D. Aug. interpretatur locum de Gentibus, D. Chryl. de Angelis gubernantibus elementa D. Hier. D. Ambr. interpretantur de Iudæis; in quo sensu illum Adversarii opponunt contra nos, sed nihil facit, quia Paulus loquitur de Judæis, prout erant sub lege, & participabant de his, quæ erant à lege; nos autem hic loquimur de his, quæ non provehebant à lege immediatè, sed à gratia Dei, ut erat Monachatus, & satis est dictum.

Quæstio XIII. Solvantur argumenta, quæ sunt ex representanti cum lege. SUMMARIUM. Argumentantur Adversarii, datur præceptum de non servanda virginitate. Sylveira Opuscula.

117. In lege nullum eras præceptum de non servanda virginitate. 118. Explicatur locus Exodi. 119. Respondetur ad filiam Iephthe. 120. Respondetur ad Apostolum Corinth. 121. Deus suos iustos promovet ad majora merita.

Argumentantur Adversarii, quia videtur dari præceptum in lege veteri de non servanda castitate, & consequenter multo magis de non vovenda. Dicitur enim Exod. 13. Exod. 23. n. 26. Non eris infœcunda neque sterilis in domo tua. Et iterum Deut. 7. n. 14. Non erit apud te sterilis utriusque sexus. Deinde filia Iephthe, dum se virginem morturam audivit, dixit ad patrem. Dimitte me ut duobus mensibus. plagam Virginitatem meam. Iud. 11. n. 37. Confirmatur quia lex veteris figura exitit legis Evangelicæ: Omnia in figura continebant illis. 1. Cor. 10. n. 11. Ergo non potuit in illa dari Monachatus, secundum suam substantiam, ac realitatem. Ex quo inferunt quod quamvis aliqui antiqui vitam duxerint in obedientia, paupertate, ac castitate, tamen non datum est eis, ut hæc votis firmarentur, quia tanta perfectio reservabatur legi gratiæ.

Ad hoc argumentum respondetur nullum in lege veteri extare præceptum de non servanda castitate, ut sine fundamento astruant Auctores contrarii, ut patet jam ex supra dictis in hac Resolutione, q. 2. Et quod nullum esset tale præceptum de non servanda castitate aperte, & expressè docent, & tradunt Divus Ignatius, D. Epiphanius, D. Damascenus, D. Chryostomus, D. Ildorus, & alii Patres jam relati, & expressè habent Abulens. in Levit. c. 30. q. 32. Sotus in 4. dist. 30. q. 2. art. 1. Bartol. Medina 3. p. q. 28. art. 4. bi Sylvius, & Suarez disp. 6. sect. 1. Valquez disp. 5. 2. c. 3. Angles in floribus, de impedimento erroris, art. c. 3. Basilus de Leon lib. 1. de matrim. cap. 19. n. 2. Michæl Medina de sacra hominis continentia lib. 3. c. 46. Mendoga in quolibet. q. 2. postive & q. 4. & idem docet D. Thomas in 4. dist. 33. q. 3. art. 2. ad 2. Neque contrarium docuit 3. part. q. 28. art. 4. ad 1. quia ibi solum dicitur, quod videbatur iuxta mores illius temporis lege prohiberetur; non quod revera ita esset.

Ad verba Exodi: Non eris infœcunda, neque sterilis in terra tua. Verba continent quandam benedictionem observantibus legem Domini ut aperte constat ex ipso Textu, ita enim habet n. 25. Servo vestro Domino Deo vestro, ut benedicam panibus tuis, & aquis, & auseram infirmitatem de medio tui, & non eris infœcunda, nec sterilis in terra tua. & numerum dierum tuorum complebo. Quæ verba continent benedictionem summe felicitatis in pane, aqua, corporis sanitate, fecunditate, ac longævitæ. Et clarius apparet ex citato loco Deuter. 7. ubi dicitur, Non erit apud te sterilis utriusque sexus, tam in hominibus, quam in gregibus tuis. Quod aperte non denotat præceptum, cum illius non sint capaces pecorum greges, sed benedictionem, quod ad plurimum regulariter ita erit sicut illa verba, Genes. 9. n. 1. Benedixit Deus Noë, & filijs eius, & dixit ad eos, crescite, & multiplicamini; non quod omnes filii Noë, qui sumus nos, faciant multiplicationem per generationem.

116. Dicitur enim Exod. 13. Exod. 23. n. 26. Non eris infœcunda neque sterilis in domo tua. Et iterum Deut. 7. n. 14. Non erit apud te sterilis utriusque sexus. Deinde filia Iephthe, dum se virginem morturam audivit, dixit ad patrem. Dimitte me ut duobus mensibus. plagam Virginitatem meam. Iud. 11. n. 37. Confirmatur quia lex veteris figura exitit legis Evangelicæ: Omnia in figura continebant illis. 1. Cor. 10. n. 11. Ergo non potuit in illa dari Monachatus, secundum suam substantiam, ac realitatem. Ex quo inferunt quod quamvis aliqui antiqui vitam duxerint in obedientia, paupertate, ac castitate, tamen non datum est eis, ut hæc votis firmarentur, quia tanta perfectio reservabatur legi gratiæ.

Ad hoc argumentum respondetur nullum in lege veteri extare præceptum de non servanda castitate, ut sine fundamento astruant Auctores contrarii, ut patet jam ex supra dictis in hac Resolutione, q. 2. Et quod nullum esset tale præceptum de non servanda castitate aperte, & expressè docent, & tradunt Divus Ignatius, D. Epiphanius, D. Damascenus, D. Chryostomus, D. Ildorus, & alii Patres jam relati, & expressè habent Abulens. in Levit. c. 30. q. 32. Sotus in 4. dist. 30. q. 2. art. 1. Bartol. Medina 3. p. q. 28. art. 4. bi Sylvius, & Suarez disp. 6. sect. 1. Valquez disp. 5. 2. c. 3. Angles in floribus, de impedimento erroris, art. c. 3. Basilus de Leon lib. 1. de matrim. cap. 19. n. 2. Michæl Medina de sacra hominis continentia lib. 3. c. 46. Mendoga in quolibet. q. 2. postive & q. 4. & idem docet D. Thomas in 4. dist. 33. q. 3. art. 2. ad 2. Neque contrarium docuit 3. part. q. 28. art. 4. ad 1. quia ibi solum dicitur, quod videbatur iuxta mores illius temporis lege prohiberetur; non quod revera ita esset.

Ad verba Exodi: Non eris infœcunda, neque sterilis in terra tua. Verba continent quandam benedictionem observantibus legem Domini ut aperte constat ex ipso Textu, ita enim habet n. 25. Servo vestro Domino Deo vestro, ut benedicam panibus tuis, & aquis, & auseram infirmitatem de medio tui, & non eris infœcunda, nec sterilis in terra tua. & numerum dierum tuorum complebo. Quæ verba continent benedictionem summe felicitatis in pane, aqua, corporis sanitate, fecunditate, ac longævitæ. Et clarius apparet ex citato loco Deuter. 7. ubi dicitur, Non erit apud te sterilis utriusque sexus, tam in hominibus, quam in gregibus tuis. Quod aperte non denotat præceptum, cum illius non sint capaces pecorum greges, sed benedictionem, quod ad plurimum regulariter ita erit sicut illa verba, Genes. 9. n. 1. Benedixit Deus Noë, & filijs eius, & dixit ad eos, crescite, & multiplicamini; non quod omnes filii Noë, qui sumus nos, faciant multiplicationem per generationem.

Quæstio XIII. Solvantur argumenta, quæ sunt ex representanti cum lege. SUMMARIUM. Argumentantur Adversarii, datur præceptum de non servanda virginitate. Sylveira Opuscula.

naturalem, sed quod ad plurimum, ac regulariter ita erit.

Abulens.

Ad illud de filia Jephthe facile responderetur cum Abulensi ibi fletum illum fuisse co quod in tam tenera paucorum annorum aetate mortem subierat, & quod pater suus eam ad id obligaret, & dato quod ipsa plorasset, se Virginem mori, non erat ex eo quod daretur praeceptum de non servanda virginitate ut dicunt Adversarii; nam morte interveniente non tenebatur ad tale praeceptum, esse daretur, quod est falsum, sed quia communis affectus illius populi erat filios procreare, ut quilibet fieret particeps generationis Christi desiderati, & multi Hebraei apud Abulensem Judic. 11. quast. 16 Lyrantum, Vatablum, Monachum, tenent quod mors filiae Jephthe non fuerit corporalis, sed Civilis, ut cum aliis virginibus clausa moraretur, quidquid sit de hoc, certum est, quod tale praeceptum non dabatur juxta illud Machabaeorum lib. 2. cap. 3. Sed Virgines, quae conclusae erant, praevenerant Oniam. Vide dicta quast. 2.

Abulens. Lyrantus. Vatablus. Arias.

Machab. 2.

120.

Ad id verò, quod ex Apostolo dicitur: Omnia contingebant illis in figura. Intelligitur quoad sacrificia, & ritus illius legis, virtutes autem Patrum erant verae, & reales, & etiam figurae, per respectum ad Christum Dominum, ut sacrificium Abraham obediencia Isaac, & Joseph venditus, Jonas in utero belluae.

121.

Id verò quod dicunt, quod quamvis fuissent justi in illa lege antiqua viventes in castitate, paupertate, ac majorum obedientia, tamen alta providentia dispositum est, ut illas virtutes non firmarent votis, quia talis perfectio reservabatur ad legem gratiae, multum mihi hoc repugnare videtur cum divina bonitate; nam suos justos, qui toto corde serviunt ei, semper illuminat, ut ad majorem gratiam, ac merita promoveantur, quod maxime fieret, si suas virtutes votis firmarent. Dicebat David Psalm. 118. num. 125. Servus tuus sum ego, da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua. Alii apud Lorinum legunt, ut sciam consilia tua: & unde habet confidentiam ad hoc postulandum, Servus tuus sum ego? Noster Incognitus: Servus tuus sum ego, servus enim voluntatem Domini sui facit; servus querit servitutis stipendia. Et quodnam stipendium querit ex sua servitute, da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua, id est, da mihi illuminationem, intelligentiam, ac sapientiam, ut sciam tuam voluntatem, ut illam adimpleam, & magis de tua gratia participem. Divus Augustinus: Non sufficit accepisse intellectum, & Dei mandata didicisse, nisi semper accipiat, & quodammodo semper bibatur de fonte salutis aeternae; & pergit ulterius, ut semper in nobis magis crescat, & ardeat ejus gratia.

Psalm. 118.

Incognit.

D. August.

QUESTIO XIV.

Solvuntur argumenta, quae fiunt ex summa perfectione legis Evangelicae, ac ex praecleara dignitate Apostolorum.

SUMMARIUM.

- 122 Lex gratiae perfectissima; & inde primum argumentum adversariorum.
 - 123 Secundum argumentum.
 - 124 Ex multis ostenditur excellentia legis gratiae super veterem.
 - 125 Inde sumitur argumentum pro nostra sententia.
 - 126 Ex luce Spiritus sancti antiqui Patres multa consilia observarunt.
 - 127 Quod multis exemplis ostenditur.
 - 128 Etiam in Sanctis Patribus sui quadam propria abnegatio.
- Proprietur magna excellentia Sacrorum Apostolorum. Ibid.

Argumentantur ex perfectione legis gratiae, quia talis lex est perfectissima, ita ut de potentia ordinaria non possit dari perfectior lex, ut communiter docent Theologi 1. 2. q. 106. art. 4. & late explicat Valentia tom. 2. disp. 7. q. 8. punct. 3. Suarez. lib. 10. de leg. 2. n. 2. Atqui Monachatus est valde perfectus, ergo ad nullam aliam legem potest spectare, nisi ad legem Evangelicam, & hoc cohaeret, ac convenit ejus excellentissimae perfectioni: ut tantum illius sit proprius talis perfectionis status.

122.

D. Thom. Valentia. Suarez.

Secundò Monachatus dicit, & involvit consilia Evangelica, ergo ante Evangelium non potuit dari. Consequentia bene inferitur; antecedens probatur, quia Monachatus includit votum paupertatis, castitatis, ac obedientiae quae sunt de consilio Evangelico. Confirmatur, quia Monachatus dicit sui ipsius abnegationem; hanc autem Christus Dominus docuit Matth. 16. n. 24. dicens Si quis vult venire post me abneget semetipsum, & sequatur me. Ergo ante Christum non fuit data talis abnegatio. Confirmatur, quia ad summam dignitatem Apostolorum videtur pertinere, ut ipsi sint primi Religiosi, primique illius observatores status.

123.

Matth.

Ad primum argumentum respondetur. Quod ad summam dignitatem Ecclesiae Evangelicae pertinet, quod illius tantum sit perfectus, & consummatus Monachatus cum omni sua excellentissima perfectione, quam docuit Christus, cum quo non repugnat, quod in alia lege daretur Monachatus imperfectus, & absque sua consummata excellentia, sicut ad sublimem dignitatem Ecclesiae Evangelicae non solum spectat quod in ea fuerint Sacramenta, Martyres, ac justi: nam haec etiam fuerunt in lege antiqua; multa tamen differentia: nam in antiqua solum fuerunt duo Sacramenta pro parvulis, Ac in lege gratiae septem dantur Sacramenta cum magna gratiarum abundantia pro parvulis, ac adultis, & omni statu, in quibus est Sacrosanctum Eucharisticum Sacramentum, in

124.

in quo verè realiter, ac substantialiter adest ipse Deus, quo nil majus dari potuit. In lege veteri fuerunt Martyres in parvo numero, ac in Ecclesia Christi in tam amplo numero, ut dicat Francisc. Arias lib. 3. de imitat. Christi, c. 35. in fine, facta computatione per Provincias, & persecutiones à tempore Christi usque ad sua tempora inveniuntur duodecim milliones Martyrum, multi alii tradunt apud Genebrardum in Psalm. 78. vers. 4. de quo plura dixi cap. 7. in Apoc. 9. 7. n. 5. 7. 12. 58. In lege antiqua fuerunt aliqui, & sancti, sed in certo, & determinato numero, ut dicitur Apocal. 7. n. 4. Et audio numerum signatorum centum quadraginta quatuor millia ex omni Tribu filiorum Israel. At de Ecclesia Gentium quid dicit Evangelista; Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus. & Tribubus, & populis, & linguis stans ante thronum, cap. 7. n. 9. & tam amplissima erat haec multitudo, ait Ansbertus: Et omnem numerum & computum excederet, & solum divino lumine cognita. Et haec cum magna gratiarum affluentia, ait Christus, Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant. Ioan. 10. num. 10.

Francisc.

Genebrard.

Apoc. 7.

125.

Sicut ergo non repugnat cum dignitate legis Evangelicae, quod in lege antiqua fuerint aliqua Sacramenta, Martyres, & justi; ac Sancti, & alia charismatum dona, ut jam dixi superiori quaestione, non tamen ea excellentia, ac in lege gratiae, sic etiam non repugnat, quod in lege antiqua daretur Monachatus non ea perfectione, ac excellentia, & amplitudine, ut in lege gratiae: nam antiquitus erat in paucis, ac raris hominibus modo verò in ampla, & lata multitudine, ut ostendit tanta varietas Sacrarum Religionum; maxime verò cum Sancti Patres, quos citavi quast. 1. 1. num. 91. dicant, quod hic status seu Monachatus fuerit demonstratus, ac designatus in lege antiqua.

126.

Psalm. 75.

Ad secundum argumentum dicimus, quod status Religiosus, ejusque vota de concilio sunt; tamen illuminatione, ac gratia Spiritus sancti antiqui Patres multa consilia observarunt, ait Regius Vates Psalm. 75. n. 12. Novete, & reddite Domino Deo vestro, Ibi Lorinus refertur, quod juxta omnes Patres Latinos honoratur, nos Propheta ad opera consilii, Religiosis nempe, obedientiae, paupertatis, ac castitatis, & de hac re maxime audiendus est insignis Doctor Bartholomaeus de Medina 1. 2. q. 108. artic. 4. 8. Et tamen postquam aliquas imperfectiones legis veteris notat, subdit Sed non ex hoc inferat Theologus, quod Viri justi & Sancti in antiqua legis statu non haberent ex influentia Spiritus sancti consilia à Deo cum virginitatis, cum obedientiae, atque etiam paupertatis, quae & animo libenti, & forti amplectebantur. Et post pauca adjungit, Sed pro temporis ratione non omnino consummata, atque absoluta.

127.

Luc. 12. Genes. 27.

Quod claritatis, ac doctrinae gratia paucis excipere consilium Evangelicum est, Orare, & non desicere, Luc. 18. num. 1. de Isaac refert Scriptura Genes. 27. num. 1. Senuit Isaac, & cecidit averunt oculi ejus, per quadraginta quatuor annos permansit in cecitate, ut ibi notant Interpretes cum Pareira, & Cornelius, & Sylveira Opuscula.

torum hoc tempus pertransivit cum multa patientia in oratione, & meditatione, ut ex D. Gregorio Magno colligitur: Moyses stetit in Monte cum Deo quadraginta diebus; & quadraginta noctibus, Exod. 24. n. 18. David: quomodo dilexi legem tuam, tota die meditatio mea est. Psalm. 118. n. 97. Consilium Evangelicum est, non reddere malum pro malo, sed bonum pro malo, orare pro inimicis, & eis benefacere. Match. 5. n. 44. Ioseph fratres, à quibus venditus est, benignè excepit, Genes. 45. n. 3. Moyses pro populo à quo lapidari voluit, ac multas contradictiones sustinuit, aded instanter orabat, dicens: Ant dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, Exod. 32. n. 32. David Sailem, à quo saepe perquisitus fuerat ad mortem, bis custodivit à suis militibus, ne eum interficerent. Semel in spelunca, 1. Reg. 24. n. 17. & iterum in tentorio regio, 1. Reg. 26. n. 9. Elisaeus milites, qui venerant eum occidere, custodivit à suis inimicis, & jussit dare panem, & aquam ad comedendum, saturatos, & liberos dimisit, 4. Reg. n. 23.

Prod. 24.

Psalm. 118.

Exod. 32.

1. Reg. 24.

1. Reg. 26.

4. Reg. 6.

128.

Math. 10.

Luc. 21.

Hebr. 11.

1. Cor. 7.

D. August.

D. Thom.

129.

Consilium Evangelicum est voluntaria paupertas, ac contemptus divitiarum: Beati pauperes spiritu. Et etiam Matth. 10. n. 9. Nolite possidere aurum neque argentum. Item patientia in laboribus: In patientia vestra possidebitis animas vestras, Luc. 21. n. 19. Hoc praestiterunt antiqui Patres, quos Apostolus mirifice laudat: Circueverunt in melotis; in pelibus Caprinis, egentes, angustissimi, afflicti, quibus dignus non erat mundus; in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, Herb. 2. 1. num. 38. De virginibus ait Paulus 1. Corinth. 7. n. 5. Praeceptum Domini non habeo, consilium autem do. Et tamen in lege veteri multe fuerunt virgines, ut dixi supra ex Sanctis Patribus q. 1. & etiam q. 1. n. 107. unde praeclearè ex D. Augustino ait D. Thomas 1. 2. q. 107. art. 5. ad 2. Fuerunt aliqui in statu veteris legis habentes charitatem, & gratiam Spiritus sancti, qui principaliter expectabant promissiones spirituales, & aeternas, & secundum hoc pertinebant ad legem novam.

Ad confirmationem fatemur, quod Monachatus requirit sui abnegationem, quam perfectissimam, & valde consummatam Christus docuit, & introduxit in mundum, cum hoc tamen fiat, quod in Patribus antiquis fuit quadam abnegatio propria distante lumine Spiritus sancti, ut videret in Elia sub tanta Dei obedientia, in tanta paupertate, ac eximia virginitate, ac etiam in Elisaeo, ac filijs Prophetarum, ut dixi supra, q. 6. & 7. ac etiam in Rechabitis, ac Ellenis, cum tam duro, & aspero vivendi modo, ut explicavi supra, q. 3. & 4. & bene patet ex proximo citato loco Pauli, Herb. 11. ubi Theodoret. ibi ait: Ita Elia ille magnus, ita Elisaeus illius bates; ita plurimi Prophetae, qui nec domos quidem habebant, sed ligna excidentes domos sibi, casaque construebant.

130.

Hebr. 11.

Theodor.